



65.

=W.2
540

SANCTAE PERENNIOVE
MEMORIAE
VIRI QVONDAM
MAGNIFICI, SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI,
ATQVE EXCELLENTISSIMI,
D O M I N I,
JOHANNIS JOACHIMI
ZENTGRAVII,

S. S. THEOL. DOCTORIS ET PROFESS.
PVBL. PRIMARII CELEBERRIMI IN ACAD.
ARGENTORATENSI, CONVENTVS ECCLESIASTICI
PRAESIDIS, NEC NON CAPITVLIS S. THOM. DECANI
MVLTO GRAVISSIMI,

THEOLOGI CONSVMMATISSIMI,
AC FAMA, SCRIPTIS, MERITISQVE IN
ECCLESIAM ORTHODOXAM
ILLVSTRIS,

DIE XXVIII. NOVEMBRIS A.O.R. 10CCVII.

PIE PLACIDEQVE DEFVNCTI,

VVITTENBERGAE HOC LVCTVS
MONVMENTVM POSVIT, SIMVLQVE SORTEM
ECCLESIAE PVRIORIS ADMODVM SINISTRAM
ACERBE DOLVIT

M. GVILELMVS VVILCKIVS,
FACVLT. PHILOS. ADSESSOR IN ACAD.
VVITTENBERGENSI.

VVITTENBERGAE,
LITERIS CHRISTIANI GERDESIL

Si unquam tristem ac luctuosum orthodoxa Ecclesia vidit
ac experta est annum, qui tot immortalis gloriae lumi-
na intra tam breve temporis spatium ipf eripuit, hic
certe quem DEI beneficio ad finem perduximus, *Mille-*
simus, Septingentesimus Septimus annus fuit, quippe qui
tres, o plus quam ferreum lapideumque verbum! tres
iniquam Theologos summos, et donis naturae et meritis
in Ecclesiam maximos non sine singulari omnium bonorum moerore rebus
humanis valedicere, et in aeternam civitatem migrare jusserunt. Menſis, qui
ab *Augusto* nomen haberet, D. SAMVELEM BENEDICTVM CAR-
PZOIVM, Sacrorum in Aula Regia et Electorali Antistitem primarium,
Consilariumque Ecclesiasticum, Theologum cuius similem neque superior
vidit aeris, nec ventura deinceps videbit et exspectabit, e medio sustulit. Ul-
timus anni jam elapsi mensis religiosissimum B. CARPZOVII, in amplis-
simu summoque, quae est in Ecclesia Saxonica, munere ac dignitate succes-
sorem D. GOTTOBIVM FRIDERICVM SELIGMANNVM,
virum quo meliorem ac integriorem nec optare, nedum sperare fas est, no-
bis subtraxit. Duobus his sanctissimis Theologis uno anno extinctis jam
Ecclesia misericordia defuncta videbatur; Sed eheu! recredeſcit vulnus, et non-
dum fatis obducta cicatrix refractaria. Vix enim B. SELIGMANNI in-
opinatus obitus omnibus innotuit, quum fama attulit non ita pridem Theolo-
gum fine exemplo maximum D. JOHANNEM JOACHIMVM ZENTGRAVIVM, Argentorati obiisse. O fatales, infelices, ac univerſo
Lutheranorum coetu funertos anni dies! qui tres Theologos de tota, qua
meliorum est partium, Ecclesia immortaliſter meritos sublatoſ numerantur.
Parum abest, quin annum M DCCVII. ex annualibus erutum velit Ecclesia
et Academia, ne acerbissimi obitus jaſturaeque non fariendae memoria lu-
ctum renovet. Tua enim, BEATISSIME CARPZOVI, in Ecclesiam pu-
riorem merita quanta sint, cum unicuique abunde conſtent, non est, cur
prolixe exponam. Tuas, SANCTISSIME SELIGMANNE, virtutes
TVO ex hac vita diſceſſu nobis eruptas toties lugebit univerſa Saxo-
nia, quoties virtutem TVARVM recordabitur. Et quis fine tristitiae ac ſin-
gulari animi dolore TVVM, DIVE ZENTGRAVI, percipere poterit
obitum, quem eo majori luctu ac moerore prosequimur, quanto plures eas-
demque excellentiores in TE refidere virtutes, quae nomini TVO immorta-
litatem conciliant, non ſolum fama ipſa cognovimus, verum etiam ex scri-
ptis T VIS solidissimi perspeximus. Magnum noſtrae gentis Principem ob-
ſingularem, qua pollebat, ſapieniam et ob facta maxime heroica *Mirabilia*
Mundi cognominatum fuſſe ſcriptores tradunt. Quodſi virtutes admiratio-
ne dignas respicio, aliquam iſtius cognominis partem ſibi vendicare potuſſe
B. ZENTGRAVIVM non reculabō fateri. Quod enim Erasmus de Augu-
ſtino in praefatione operum Auguſtinii, quem cum multis aliis Ecclesie lum-
nibus conſerdeſſit, ingenuo dixit: *in ATHANASIO sacram ſuspiciimus et ſe-*
dulam docendi perſpicuum atem: in BASILIO praeter, ſubtilatatem exofculamur piam ac
mitem ſuadiloquentiam: in CHRYSOSTOMO ſponte profuſentem orationis copiam am-
pleteſſimur: in CYPRIANO dignum veneramur ſpirituum martyrio: in HILARIO materiae
ingenti parem grandiloquentiam, atque ut ita loquar coburnum admiramur: in
AMBROSIО dulces quodam aculeos et Epifcopo dignam amamus verecundiam: in
HIERONYMO divitem ſcripturarum penum jure laudamus: in GREGORIO puram
nulloque ſuco picturam ſanctimoniam agnoscimus: in AVGUSTINO omnia baeſeſ ſunt.
Id pari jure de ZENTGRAVIO reperere poſsum, utpote qui non ha-
rum ſolum virtutem felicissimus imitaror fuit, ſed & multis aliis excelluit.
Deum perpetuo coluit, vitamque innocenter ac integre, ut optimum Theo-
logum

logum decet, et in primis pietate in administranda Ecclesiae provincia
utus est, probe apud animum expendens illud Proffeti: *Bene docere et male
vivere, quid aliud est, quam se sua voce damnare.* Litium osor ac hostis acer-
rimus fuit, pacem potius et concordiam cum omnibus, quantum in ipso fuit
perpetuo coluit, nec modo ipse alios non laesit, sed et ubi laetus fuit, dissimu-
lare injuriam maluit, quam ulcisci, nescire, quam irasci, ignorare, quam vin-
dicare. Superbiam Deo invisam et ambitionis aestum, aemulationisque e-
rumpentis impetum semper detestatus est: cumque indies fere auctoritas
ejus cresceret, dignitates augerentur, optimos tamen mores per omnem vi-
tam constantissime retinuit, et in illis nihil quicquam mutavit; Infelices sunt,
quos plebeja tollit aura, qui tum demum aestimare se incipiunt, cum salu-
tantis crebro et visuntur. In ZENTGRAVIO nihil tale fuit, ut qui dignita-
tem non ideo virtutes comitari judicavit, quo ilas mutet, sed potius magis ma-
gisque commendet. Tanta a prima ejus aetate ad grandem usque senectu-
tem in eo spectata est industria et diligentia, ut nullum temporis spatium
consumperit, quin doceret aliquid aut scriberet, quin excitaret aut hortare-
tur, non secutus eos milites, qui gravi senio inter labores molestiasque fa-
tiscunt, et miserationem petunt, ac nisi eam imperant a signis dilabuntur. Nam
nullo tempore intermisit religionis studia, neque curas sepofuit arduas, aut
transfugas desertoresque imitatus est, sed ducis instar nullum periculum re-
fugientis omne tempis laboribus vigilisque transmisit, ac voce scriptisque
publice adversariis cuiuscunq[ue] generis se opposuit, veritatemque divinam a
strophis haereticorum rectissime vindicavit. Longe ergo Alcibiade illo athe-
niensi melior, qui etsi aliquamdiu recto virata instituto usus est, tamen ad ult-
imum non patiens laboris Socratis disciplinam abjecit, factusque licentia de-
terior perit, patriamque subvertit. Nec vero industria constantiaque hunc,
sed etiam zelo superavit alios, quem nullo non tempore contra omnes haer-
eticos pro verbi divinioris veritate probavit. Quoties pro concione sacra ad
populum verba fecit, toties sincerae religionis hostes fecus statuentes redar-
guit, et secundum scripturam sacrae normam strenue perstrinxit. Quoties
ex cathedra Academica cum adversariis disputavit, toties eos magno acumine
ac judicio velut telo perculit, nec prius excescit e pugna, donec obſistentium
inuinciones plane retulos vidisset. Quoties conventui Ecclesiastico, in quo e-
git Praefidem gravissimum, interfuit, toties faluberrima confilia suppeditavit,
et cum gravitate ac rerum rationum copia dixit et svasit. Cumque ali-
quando pestilentissima Pietistarum turba, quae ubicunque nidos fruere nitit-
tur, Argentorati sub pietatis praetextu ac integumento nova et doctrinae A-
postolicae contraria dogmata in vulgo spargere inciperet, id confilio suo fa-
lulari effecit, ut illa Ecclesiae perniciöfissima Fanaticorum cohors plures ne
corrumperet, et in disserimen salutis aeternae adduceret, e finibus Argento-
ratensis pelleretur, ac penitus relegaretur. Prudens omniro liberalitatem
erga pauperes, integratatem proorsus singularem, humanitatem et comita-
tem, quam et hostes in eo mirari sunt, aequitatem ceterasque Beatisimi
ZENTGRAVII virtutes, quas ut ordine persequebar, haec pagellarum an-
guftia prohibet. De scriptis tamen solidissimis, quibus se et Theologum et
Philosophum praefit, ut ultra parte magis excelluerit, dubium videri pos-
sit, pauca adhuc mihi memoranda restant. Ex multis exempli loco Com-
mentarium in Epistolam Pauli ad Titum, fasciculum dissertationum de lapsu Ter-
tulliani ad Montanistas secundi seculi fanaticos, item exercitationes de Catechisa-
tione veterum conjunctum editas, nec non tractatum germanicum, qui inscri-
bitur Historischer Bericht von der jüngstthin daselbst entstandenen Pietistischen
Brüderschaft und Philadelphischen Gesellschaft / et si Philosophica desideres
Summam Juris Divini, ut et librum de origine, veritate ac immutabili reſtudi-
ne Juris Naturalis nominasse sufficiat. Quibus scriptis in lucem editis eti no-
mini

mini suo immortalitatem, quae postcineres durat, conciliavit, corpori tamen suo eandem comparare non potuit, sed cum Ecclesia. vix finito suo rite anno facro novum inchoasset, NOSTER ZENTGRAVIVS, vitam suam clausit, et novam in coelo est exorsus. Vix illa Regem suum magno applausu excepserat exclamans: *Hosanna Filio David, benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis*, Nofer ad Jesum Regem exaltatum et ad dextram maiestatis Dei sedentem elevatus, cum viginti quatuor senioribus et turba multa canit, canendo repetit, repetendo non cessat canens: *Halleluja, salus, honor et gloria et virtus Deo sedenti super throno et agno*. Olla SANCTISSIMI VIRI infinitis curis pro salute Ecclesiae suscepit fatigata tumultu quoque jam illata molliter quietiunt, rediviva iterum futura ad extremae buccinæ clangorem; immortalis autem anima inter superos triumphat, ac aevum ibi fine agit. Fuit ea veterum Romanorum superstitio repetita ab heroicis temporibus, ut Monarchiae conditorem *Julium* et serie ulteriori Caesares ad venerationem consecratos in Deorum numerum referant. Absit apoteosis profana! satis gloriae est NOSTRVM ZENTGRAVIVM Theologorum, dum viveret, Principem Angelicis laudationibus coelestibusque inter se symphonias ac sempiterna felicitate gaudiisque infinitis in coelo frui. *Vos vero, orbi ac relieti*, quibus tristissimus ille emortalis dies Maritum fidisimum, Patrem opimum, Agnatum favissimum, Praeceptorem fidelissimum eripuit, interrumpe lacrymas ac modum luctu vestro statuite. Dehortatur enim *Vos* ab immoderato luctu Apostolus, *nolo vos*, inquit, ignorare fratres de dormientibus, ne contristemini sic ut reliqui cum spem non habent: ut intelligatis praecipuum luctus vestri moderationem a spe resurrectionis pendere. Misericordia est Stoicorum illud solatiū genus, que lacrymas in funere reprimere conatus est *Seneca*, ab immutabili fatorum lege *Consol. ad Polyb. c. 23.* scribens: *dicius accusare fac a possumus, standura et inexorabilis, nemo illa convisio, nemo factu, nemo causa modet: nihil unquam parcunt, ulli nec remittunt.* Prinde parcamus lacrymis nihil proficiunt. Facilius enim vos illi dolor adjicit, quam ullum vobis reduct. *Qui sanos torquet, non adjudat, primo quoque tempore deponendus est, et ab imanibus solatiis atque amara quadam libidini dolendi animus recipiendus.* Nam lacrymis nostris nisi ratio spem fecerit, fortuna non facit. *Vos* qui Christiana lege instituti estis hoc facite, ut temperazione fletus vos ab ethniciis spem futurae vitae et confortii reliquam non habentibus distinguis. *Democritus* quondam a *Plinio* ridebatur *L. VII. Hist. Nat. c. 55.* quod humana corpora affervanda esse censuerit in spem reviviscendi; *Vos* qui illam fiduciam utique certam esse ex verbo Dei cognovistis, ac solatia doloris et calamitatis exinde petenda esse haud ignoratis, genas vestras rigare definite, omniumque querelarum finem facite, ac estote animis firmi, Deus enim nunquam *Vos* deferet, sed semper gratia auxilioque suo vos sublevabit. Quod superest aeternum ac immortale Numen suppplex venero, precibusque ad pedes Christi projectus ab eo contendo, ut Ecclesiam suam, quae tot firmisimis columinis in terram subito dejectis hoc in primis tempore, cum veluti rosa inter spinas delitescet, hoc est a fectis et feciarum auctoribus undique premitur, non nisi sinistra ac infelicia sibi ominatur, ab omni temporum iniuria hostiumque insidiis fortiter defendat, ut quoque purioris doctrinae sedem ACADEMIAM ARGENTORATENSEM, *Elisaeum* suum, qui tot Prophetarum filios sibi fovi, enutravit, ac eruditiv, siueque in rebus dubiis quasi Theseum ac publicum oraculum lugentem in antiqua fede fistat, atque illustre Theologorum decus, dignissimum B. ZENTGRAVII successorem MAGNIFICVM Dominum D. VVAGNERVM cum EXCELLENTISSIMO D. PFEFFINGERO, quorum laudes apud nos celebrantur, per longam annorum seriem conservet, ac donis spiritus S. cumuleret et implete, quo hi verae religionis vindices hostibus terrori, Ecclesiae vero puriori ornamento singulari praefatioque esse pergent.

Ung VI 3

10 18
13 17



65.

= VI. 21
340

SANCTAE PERENNIQVE MEMORIAE

Q V O N D A M

ME REVERENDI, AMPLISSIMI,
EXCELLENTISSIMI,

O M I N I,
NIS JOACHIMI
TGRAVII,

DOCTORIS ET PROFESS.
ICELEBERRIMI IN ACAD.
CONVENTVS ECCLESIASTICI
CAPITVLIS S. THOM. DECANI
ETO GRAVISSIMI,

CONSVMMATISSIMI,
RIPTIS, MERITISQVE IN
AM ORTHODOXAM
ILLVSTRIS,
O VEMBRIS A. O. R. & ICCLCVII.
LACIDEQVE DEFVNCTI,

RGAE HOC LVCTVS
OSVIT, SIMVLQVE SORTEM
ORIS ADMODVM SINISTRAM
CERBE DOLVIT

MVS VVILCKIVS,
LOS. ADSESSOR IN ACAD.
VVITTENBERGENSI.

VVITTENBERGAE,
LITERIS CHRISTIANI GERDESIL.

Farbkarte #13

